



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Sol Triplex In Eodem Universo**

**Hermann, Amand**

**Sultzbaci, 1676**

Secunda. De Visu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95850](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95850)

& tactu, sed delectatio venerea fit in determinata corporis parte, habetque proprium organum; ergo erit ipsa quoque diversa potentia. Sed respondeo negando antecedens cum probatione, nam nulla est paritas de sensu gustus & tactus, ad tactum & titillationem veneream, quia hæc non provenit nisi à qualitatibus aliis tangibilibus, sensatio verò gustus, ex qualitatibus distinctis à qualitatibus tangibilibus, & licet fiat in determinata parte corporis, hoc provenit, quia ibi maximè viget sensus tactus ob multitudinem venularum & nervorum, ac propter materiæ transcantis temperiem.

Dico 2. Inter sensu nobilior est visus, deinde

Auditum, Odoratum, Gustum & tandem Tactum, si considerentur in essendo, si verò considerentur in ratione necessitatis, gustum & tactum sunt nobiliores aliis. Tota Conclusio est S. Bernardi Serm. 10. de diversis, ubi sic habet: *Iam verò id manifestum est, quoniam in corporis sensibus visus quidem ceteris omnibus, auditus reliquis tribus dignior, odoratumque & gustum, & tactum, etsi non utilitate, dignitate tamen superare videtur, & gustum tactus superexcellere, quod manifestat etiam dispositio membrorum &c.*

Probatur etiam ex D. Augustino lib.

11. Trinit. cap. 1. dicente. *Sensuum oculorum maxime excellit & est visio mentis, pro sui generis diversitate vicinior: & Serm. 33. de verb. Dom. cap. 5. Idèd à parte totum per solos oculos commemorati sunt isti sensus, quia oculorum est in quinq; sensibus principatum, nam omnes sensus dicuntur videre.*

Probatur prima pars, ex Aristotele in prob. Met. ubi ait nos magis desiderare visum, quia valet ad scientiam directè, & ad cognoscendas multas rerum differentias; Tum ex ratione, videlicet ex latitudine subiecti, seu objecti sui & ex modo illud intelligendi, & mira de organizatione ad functiones suas elicendas, sed hæc omnia præcipue habet visus; ergo visus in essendo erit omnibus aliis nobilior.

Probatur secunda pars: Quia, ut ait Aristoteles, 2. An. t. 62. Ceteri sensus solum valent ad bene vivere animalis, non ad simpliciter vivere, quia non potest dari aliquid animal quod non habeat sensum tactus & gustus, sed quò aliquid est communius, eò est præstantius, quod enim naturaliter magis desideratur, est nobilior, sed quodcumque animal magis naturaliter desiderat sensum gustus & tactus; ergo sensus gustus & tactus in hac ratione sunt præstantiores: probatur min. Quia quodlibet animal magis odit oppositum; nam magis odit quod destruit vivere, quàm quòd solum destruit bene vivere, sed oppositum aliorum sensuum destruant tantum bene vivere, oppositum verò gustus & tactus destruant totaliter vivere; ergo magis odio habent sua opposita, quàm opposita aliorum sensuum, consequenter illi magis à natura desiderantur.

Opponitur: Idèd secundum nos visus est perfectior ceteris sensibus, quia ut ex Aristotele diximus facit plura & magis scire, sed hoc est falsum, ergo visus non est perfectior; probatur minor, tum ex Aristotele lib. de sens. & sensatione, dicente: *Auditum id præstare;*

*F. Amandi Hermann Physica.*

tum ab experientia quâ videmus cæcos à natiuitate habere maiorem scientiam, quàm surdos, qui nullo modo sunt prudentes & scientifici, ergo. Respondeo negando minorem, cuius probationem distinguo, Auditus magis iuvat ad scientiam, arte & studio acquisitam per accidens concedo; per se nego antecedens, quatenus scilicet datum sit objecto auditus, ut sit conceptus mentis expressioris ratione instituentis, accidit enim objecto auditus hoc, nam si visibilia essent signa ad declarandos mentis conceptus, visus magis iuaret ad scientiam acquirendam, quàm auditus, quia est certior, quare licet Leo Papa in Sermone Paschæ præferat tactum D. Thomæ visui *Deum meum & Dominum meum*: non quantum ad objectum utriusque, sed quantum ad corpus Christi, iam per visum perceptum, & per tactum magis confirmatur, alia enim sensibilia immutant medium, vel organum aliquo modo immutatione reali, visibile autem solum intentionali, quare licet etiam tactus percipiat plura contraria, & habeat nobiliora objecta, qualitates scilicet primas, visus verò secundas, adhuc visus est nobilior, propter nobiliores immutationem, visus enim recipiendo species proprii objecti magis assimilatur intellectui, & ejusdem intellectus operationi, qui inter potentias hominis est nobilissimus, potentia autem, quæ magis approximatur in modo operandi enti perfectissimo, perfectior est.

## QUÆSTIO II.

De Visu.

In hac quæstione duo potissimum examinanda veniunt, scilicet ipsa oculi tam externa, quàm interna deorganizatio, & in quo potissimum potentia visiva subiectetur. Quantum ad primum eleganter describit oculi situm D. Ambrosius lib. 6. Hexam. cap. 9. his verbis: *Adherent veluti quibusdam montium superciliis oculi, & ut protegente montis cacumine tutiores sint, & tanquam in summo locati, de quadam scena superiore universa prospectent, neque enim oportebat eos humiles esse sicut aures vel os, ipsorumque interiorum sinu, specula enim semper in alto est, ut adventantium cæterarum hostilium explorari possit adventus, ne improvisè occupet orientem, vel urbem populum, vel Imperatoris exercitum, sic latronum quoque caventur incursum, si exploratores in muris, aut terribus, aut montis excelsi supercilio sint locati, vel de super plana spectent regionum, in quibus insidat latronum latere non possint. In mari si quis terra appropinquare se conspiciat in ipsa mali fastigia & celsa antennarum cornua voti explorator ascendit & adhuc invisibilem reliquis navigantibus eminus terram salutat. At forte dicas, si specula editior necessaria fuit, cur non supra summum verticem capitis oculi constituti sunt sicut cancris, vel Scarabæis in summo sunt, quibus licet nullum caput appareat, colla ac dorsa, cætero corpore celsiora sunt? Sed illis restat valida, nec tam tenuis membrana, sicut nobis quæ facile possit ostendi, rubor, ac ceteris interscindi sensibus. Itaq; nobis in summa propemodum corporis parte constituti oculos oppos-*

I.  
Mens D.  
Ambrosii de  
suo oculo

Aaaa 2 tuis

sunt tanquam in arce, & ab omni vel minima offensione defendi, quæ duo sibi compugnata videbantur, nam si in humili essent, propter lutamen minus impediretur, si in vertice, paterent ad injuriam. Hucusque D. Ambrosius, per quæ autem defendantur, ut mentionem facit D. Ambrosius, sunt supercilia, genæ, foramina, pili, palpebræ, &c. quarum pili pulvisculos arcent, ipsæ verò sudores à fronte defluentes imbibunt, ne suâ acrimonia oculum lædant & offendant.

II.  
Figura Sphærica oculorum optima.

**Oculorum** Figura Sphærica est, eaque convenientissima, tum ob summam illorum volubilitatem & agilitatem, quâ nuncin hanc nunc in illam feruntur partem, nunc sursum, nuncque moventur deorsum, tum (ut Mathematici demonstrant) nisi oculi Sphærici essent, nunquam possent res tam magnas, & grandes exhibere, sed solum tales, quales illi forent si forent plani, quod evidentur probant; nam visio fit per lineas rectas perpendiculariter ad oculum incidentes, quarum concursus fit in oculi centro, ergo si oculus est superficiei planæ, non jungerent se perpendiculares lineæ à superficie æquali, sicque non nisi æquale cernerent, quod probatur, quia lineæ perpendiculariter cadentes in planum, sunt parallelæ, adeoque non possunt à se magis esse separata quàm in oculo, & nunquam sic concurrerent in centro.

III.  
Describitur interior structura oculorum.

**Oculorum** Fabrica & structura interior ex Anatomia constat tribus humoribus, *Christallino, Vitreo, & Aqueo* quinque tunicis, scilicet *speculari, Reticulari, Uvea, Cornea, & Adiacente, seu Adnata*; item musculis sex, vel septem, ut volunt plures, ex duobus nervis; ordo eorum inter se hic est, ut sequitur: Primò in centro oculi est humor *Christallinus*, seu *glacialis*, sic dictus, quia est pellucidus & transparentis, veluti glacies, & *Christallum*, hunc humorem circumdat tunica tenuissima, dicta *specularis*, seu *aranea*; secundo sequitur *Humor vitreus*, sic dictus, eò quod vitro his cocto similis sit, in quo pupilla, seu humor *Christallinus* innatat, ita tamen, ut ejus aliqua pars emineat ad modum globi lignei in aquam immersi, hunc humorem ambit tunica dicta *reticularis*, eò quod in ea sint multæ venulæ ad modum retis, ita tamen ambit hunc humorem, ut eam non tegat ex illa parte, quâ pupilla seu humor *Christallinus* supereminet; hanc tunicam sequitur tunica *uvea*, quæ uvæ folliculo similis, à quo pendulo detracto foramen relinquitur, sic tunica ista foramen habet, nam *reticularem* totam ambit, & partem pupillæ relinquit totam discooperatam, estque coloris ad nigram tendentis, ut suâ opacitate species in pupilla oculi reflectat receptas, ad modum quo contingit in speculo, non est tamen coloris ejusdem in omnibus, nam per hanc variantur oculi, nam secundum diversam tinctionem oculos reddit nigros, cælios, glaucos, aut alio infectos humore. Tercio ponitur humor *aqueus*, aliter *albugineus* ob similitudinem albo ovi, ut sua humiditate conservet pupillam, quem humorem sequitur tunica *cornea*, sic dicta, quia dura & perlucida est ad modum corneæ subtilissimæ bractæ, hæc tunica totum oculum etiam pupillam munit

duritie, non tamen illum impedit, quia transparentis est. Ultimum & extremum locum occupat tunica adiacens, seu adnata, quæ oculum in propria figit, & locat sede, superius foramen habet, quod vocatur *iris*. Invenit natura præterea sex vel septem musculos, ut oculum facile in omnes partes convertat, unus sursum, alter deorsum quoad sinistram, dextramque voluit, duo in gyrum movent, septimus denique eum sustentat. Sunt præterea duo nervi, qui etiam optici, seu visorii nuncupantur, quorum alter à dextra parte cerebri ad dextrum, alter à sinistra ad sinistram tendit oculum, sed postquam aliquantulum à cerebro processerunt, coeunt inter se, & postmodum iterum à se invicem separantur & utrumque intrat oculum, per hos nervos spiritus animales à cerebro ad oculos, & vicissim species rerum ab oculis ad sensum communem, & phantasmam transmittuntur, hinc fit ut afflicto cerebro, licet oculi nulli patiantur, visus quandoque tabescat, nunquamque, vel saltem frequentius contingat a cerebro liberaliùs hausto, ut quidam ait:

*Cum bibatur concha tunc jam vertigine rectum*

*Ambulat, & geminis confurgit mensis Lucernis.*

Unde *Aphrodisius* lib. 2. problemat. q. 52. dicit qui aquam bibere consueverunt, acutius vident, qui oculos prominentes habent non ita clarè, qui profundos & interceptos acutè, eò quod spiritus vitales melius colligantur, unde venatores & alii quancumque visum intendere volunt oculos ad partem, aut totaliter unum claudunt, totam fabricam oculi tibi exhibet figura prima, secunda quomodo nervi optici inter se coniungantur, & ad cerebrum tendant.



### Oculorum Temperamentum

Galenum & plures alios sicum est, & igneum rectius tamen ab *Aristotele* lib. de sensu & de sensibilibus cap. ponitur humidum & frigidum, quod patet ex variis humoribus quibus componitur, & in expurgatione multum exit humiditatis, quia humor & frigus difficilius coequantur, ut ad certum temperamentum redigantur, si enim calidum foret, metuendum esset ne nimium exarescerent, atque ita officio suo fungi non possent, oculus enim siccus non bene videt, imò si ignea esset substantia, læcerent luciditate ignea, unde in tenebris illu- minarent aërem; sit licet hoc præsent oculi sensum.

felium, hoc non provenit, quia oclorum compositio in generali sit ex natura ignea, sed quia hoc illis particulariter convenit ex lumine ipsi naturaliter infuso. Quodque oculi velocius moveantur, quod aliquin igneam arguit naturam, hoc provenit ex lubricitate eorundem, ut ex virtute motiva, seu ex copia spirituum, qui per nervos opticos ad oculos transmittuntur, hinc quia omnes cholericus plures & vivaciores spiritus transmittunt ad oculos, videntur oculos habere quasi igneos, in quo etiam sensu intelligatur Aristoteles in problem. sect. 31. &c. Haec de primo examinabili, quantum ad secundum plures fuerunt Authorum sententiae, nam aliqui in conjunctione nervorum optico- rum ponunt sensorium visus; aliqui in nervis & simul in pupilla, alii in tunica aliqua, & maxime in aranea, sed ego pro resolutione:

fit ex eo, quod sit humor, cum nos humores negaverimus animatos, nam quamvis hoc verum sit de caeteris humoribus per totum corpus dispersis, non est tamen eadem ratio de isto, qui semper in uno continetur loco, nec sine laesione moveri potest, minus denique convincit ratio Complutensium, cum enim visio una sit, superflue duplex assignabitur potentia visoria, alterius & alterius rationis, qualiter est nervus opticus, & pupilla. Sed

**Opponunt:** Potentia visiva est una, & visio circa objectum elicitur est una, ergo etiam unum subjectum, & non duo, sed tale unum subjectum non potest esse nisi nervus opticus conjunctus, ergo. Probatur antecedens, quia sufficit unus gustus pro omnibus saporibus, ergo etiam unus visus pro omnibus visibilibus. Respondeo negando antecedens, ad probationem dico, quod licet sit una potentia gustativa sufficiens, non tamen est sufficiens una potentia visiva, sicut enim non sufficienter providisset natura per unum oculum, ita nec per unam potentiam, unde sicut non superfluum duae potentiae auditivae, & duae pupillae ac duo oculi, ita nec superfluum duae potentiae visivae, conducunt enim ad prospicienda visibilia ex omni parte loci.

**Instant:** Si potentia est duplex & etiam visio, ergo etiam objectum duplex apparere debet, Respondeo negando consequentiam, nam oculi sunt in aequali situ, & aequaliter mutantur ab objecto, adeoque non debet apparere objectum duplicatum, sicut nec propter potentiam duplicem auditivam, vox percepta, ut geminata percipitur.

QUAESTIO III.

De visibili.

Non modo potentiae visivae

sed etiam omnium aliorum sensuum externorum objecta pulchre & breviter describit D. Augustinus lib. 83. q. q. 64. Unus sensus ad oculos pertinet, quo lucem istam visibilem, formasque corporum cernimus. Alter aurium, quo vocum & omnium sonorum momenta sentimus. Tertius est narium quo varia odorum suavitate delectamur. Quartus in ore gustus, qui dulcia & amara sentit, & omnium saporum habet examen. Quintus per totum corpus tangendo dijudicat calida & frigida, mollia & dura, levia & aspera, & quidquid aliud est quod tangendo sentimus. Similia habet serm. 33. de verbis Domini, unde quantum ad praesens est, mens D. Augustini, sicut & D. Bernardi serm. 2. de assumpt. B. V. n. 7. ac communis est visibile esse lucidum coloratum; quare ad potentiae visivae objectum tria spectant, nempe Lux, Lumen & Color, quae hic examinanda assumpti eorundem naturam explicando, & ante omnia

**Suppono** ex quaestione octavae praecedentis Disputationis lucem nec lumen esse formas substantiales, licet sic videatur sentire D. Augustinus lib. 4. de an. & ejus orig. 12. Corpus est aer, corpus est lux ista visibili. Lib. 3. lib. arbit. 5. In corporibus tenet lux primum locum, quia per corpus intelligit qualitates & accidentia

Aaaaa 3

VI. Non superfluum duae potentiae visivae.

Nec tamen hinc duplex debet apparere objectum.

I. Sensuum obiecta proponit D. Augustinus.

II. Lux & lumen non sunt formas substantiales.

V. Infernum visus est in humore Chrifallino.

Probatur prima pars: Quia tunicae sunt membra ordinata ad alia, ad ipsos humores scilicet continendos, ergo ipsae non sunt sensorium visus, & licet tunica aranea maxime inserviat pupillae, ut pars ejus videatur integralis, hinc tamen adhuc sensorium visus poni non debet se sola, sed simul cum Chrifallino.

Probatur secunda pars: Quia nervi sunt naturae terrestres secundum Medicos, dispositio autem sensorii visus est transparentia & diaphaneitas, quam nervi propter tere- restremitatem non habent, ergo.

Probatur tertia pars ex autoritate D. Augustini Enarrat. in psal. 16. in illa verba: Custodi me ut pupillam oculi, quibus subdit, quae apparet per parva & exigua, per eam tamen dirigitur acies luminis, quo lux & tenebrae dijudicantur. Et lib. de quant. an. cap. 14. Cum autem oculi medium, quae pupilla dicitur, nihil aliud sit, quam quoddam punctum oculi, in quo tamen tanta vis est, ut & dimidium Caelum, cujus inessabile spatium est, ex aliquo eminenti loco cerni, collustrarique possit: Ubi semper pupillae attribuit vim & efficaciam videndi, sed pupilla est humor Chrifallinus, ergo. Confirmatur ex Aristotele lib. Gen. animal. c. 5. ubi ait: in ea parte effici visionem, quae tota nitida est, & splendida, ut ab omni colore, & luce moveri possit, sed humor Chrifallinus maxime lucidus & conspicuus est, ergo.

Probatur etiam ratione, quia praecipuum obtinet locum, cui reliquae partes omnes famulantur, & inserviunt, ut protegantur, ut scriptura ipsa testatur, diligentes Deum debere petere muniri ut pupilla psal. 16. Custodi me ut pupillam oculi. Confirmatur, quia fortior ratio inveniri non potest pro opposito, nam quod Avicenna ait, si sensorium non esset in nervis optici, objectum deberet semper apparere duplicatum, nihil concludit, testatur enim Vesalius, se Patavii hominem reperisse, in quo nervi nunquam convenerunt, nec tamen ipsi unquam objectum duplicatum apparuit; nec valet ratio Toletii, quod in pupilla esse non pos-